

B. N. C.
FIRENZE

1140

11



1140 H

A-1

CAPITVLA DOMINORVM
HELVETIORVM, XII CAN/
TONVM CONTRA IM/
PIOS ET BLASPHE/
MOS LVTHE/
RANOS.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
540 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637

1120.11

CAPITVLA DOMINORVM
HELVETIORVM. XII. CAN.
TONVM CONTRA
LVTHERANOS.

SCiant Cuncti quicumq; fuerint Ecclesiastici sæ-
cularē sue q; ad laudem & honorem Domini
Dei, suæ Dilectæ matris semp Virginis Mariæ,
& omnium electorum Dei, pro cōmunis Christianæ
fidei cōmodo & honore, nostri gratiosi Domini con-
fœderati, communiter ex christiano corde ituiti sunt
subsequētes Articulos, volūt etiā q; illi strictē & uali-
de in luorum & eorum cōiunctorū prouinciis obser-
uentur tam diu, donec a concilijs sanctæ Catholicæ
Ecclesiæ latius fuerint instructi & iussi.

Item q; nemo quicumq; ille sit, Iuuenis aut senex, mascu-
lus aut foemina, alienigena uel indigena, spiritualis aut
sæcularis præsumat uerbis aut factis sanctum Dei uer-
bum quod eis & ipsorum plebani denuntiant, & su-
pra mille quadringentos annos denuntiatum fuit, im-
pedire, contemnere, uel irridere.

Item nemo præsumere debet sacram missam Dei in-
qua sacrosanctum corpus & sanguis consecratur ad
eius laudem & honorem, solatium uiuorum & mor-
tuorum, despiciere, irridere aut uilipendere.

Item q̄ quilibet quicūq̄ ille est, qui sanctum sacramen-
tum Christi Iesu sumpsit, aut cum cōsilio sui plebani
& adiutoris illud in futurum suscipiet, ille debet in
quadragesima bis confiteri, & sacrum uenerabile Sa-
cramētum sumere, a plebano suo, & ad hoc facere se-
cundum antiquum usum, ut haftenus obseruatum &
consuetum fuit.

Item q̄ omnes antiqui laudabiles usus, & consuetudi-
nes sanctæ catholicæ Ecclesiæ qui haftenus fuerunt
obseruati, in futurum custodiri, & manuteneri debeāt
a, spiritualibus & sæcularibus.

Item q̄ quilibet suo Plebano obediens sit, & cum hoc
sancta sacramenta sanctæ Ecclesiæ ut Baptismum,
Confessionem, Poenitentiam, sanctum sacramentum
Christi, sacrum oleum, sacramētum sacri matrimoniū
ab ipso recipiat, aut ab eo cui ipse commiserit.

Item q̄ quilibet qui ad sacrum sacramētum christi ac-
cessit, suo plebano ad quatuor festiuitates solennes
sanctæ Ecclesiæ quatuor oblationes dare & soluere
debeat, ad hoc etiam iura mortuaria, Bannales, & alia
haftenus consueta debeant absq̄ contradictione expe-
diri, & solui.

Item q̄ præbyteri & plebani Ecclesiarum Catholica-
rū pro præbyteris teneant, & habeantur, ipsis quoq̄

decens reuerentia ad laudem Dei exhibeatur, nec irri/
deantur, uel despiciantur.

Itē q̄ nemo debet præsumere diebus ueneris, sabbati,
aut aliis diebus quibus Ecclesia ieiunium indixit, Car/
nibus, aut aliis cum carnibus coctis uesci.

Item nemo præsumat in quadagesima carnibus, ouis,
caseo, aut aliis his similibus cibis phibitis uesci, prout
hactenus secundum ordinationem christianam obser/
uatum & prohibitum fuit.

Item nullus præsumere debet spiritualis aut sæcularis
iuuenis uel senex, aliquid noui uel Lutheranum, con/
tra Antiquum diu obseruatum usum, seu ritum san/
ctæ Christianæ Ecclesiæ in angulis occultis, uel aper/
te docere, uel prædicare.

Item nemo præsumere debet in hospitiiis. aut alias in/
ter uina de Lutheranis seu nouis rebus quicquã loqui,
dicere, seu prædicare, quoniam multæ molestiæ &
quandoq; cædes inde peruenire possent.

Item nemo præsumat imagines sancti Crucifixi, No/
stræ dilectæ Dominæ, uel dilectorum sanctorum,
uel in Ecclesiis, Capellis, oratoriis aut truncis, Iniu/
riis afficere, rumpe, despiciere, scindere, aut alias
dehonestare.

Item nemo debet alium in obsequio diuino irridere,
impedire, uel despiciere.

Item ꝑ Plebanus in suis concionibus & doctrinis, nemi
ni teneatur respondere, nisi coram suo superiore, ubi
decens est & æquum. Ipse etiam prædicare debet sa-
crum Euangeliũ, & Christianas doctrinas secundum
antiquũ laudabilem usum & consuetudinẽ Ecclesiæ.

Item sui subditi debeant etiam suæ doctrinæ obedire,
Ipsum quoq; tueri & defendere, manutenere penes
suas prædicationes, si aduersum quid ei contigerit.

Item si exorti fuerint latiores Articuli de quibus modo
mentio facta non foret, & contra antiquam laudabi-
lem consuetudinem christianam essent, debent etiam
cum his prohibiti esse.

Item nemo irrideat petitionem sancti spiritus Nostræ
Dominæ Constantiensis sancti Antonii in Ecclesia
uel extra.

Item nemo mandata Reuerendissimi Domini Episcopi
Constantiënsis præsumat Impedire, Irridere, uel despi-
cere, uerum debeãt ea fideliter executioni demãdari

Insuper hoc cuilibet in uim præstiti iuramenti præce-
ptum esse debet, quicũq; ille sit, iuuenis uel senex, m

24
aut
na, qui tales articulos unū uel plures,
deret transgredi, ille debet talia Do
ui præfesto aut eius familiæ ostende
e, hoc etiam aliis committere, qui
entiam habebunt super his & aliis

F I N I S.

mi, fa, col, a la s. t. p. col, ba, fa, a. la, fa
mi, fa, col, ni, fa, ad, la, f, a, col

z

1140.11

ML

